



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Regale Sacerdotivm

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1615

Illvstrissimo, Et Reverendissimo Domino, D. Antonio, Episcopo Vigiliarvm,  
S. Sedis Apostolicæ ad partes Rheni, & Germaniæ Inferioris cum potestate  
Legati de Latere Nvncio. Domino suo clementissimo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54698](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54698)

ILLVSTRISSIMO,  
ET REVERENDISSIMO,  
DOMINO,

D. ANTONIO,  
EPISCOPO

VIGILIARVM,

S. SEDIS APOSTOLICAE  
*ad partes Rheni, & Germania Inferioris*  
*cum potestate Legati de Latere*  
NUNCIO,

Domino suo clementissimo.



Debellata arma Illustriss.  
& R<sup>me</sup> Domine tro-  
phæo suffigere, &  
quicquid in aduersa-  
rijs aliquando terrori  
erat, longo in specta-  
culum deducere triumpho, solenne  
victoribus; vt hoc tanquam perpe-  
tuo & inuiolabili monumento re-  
rum fortiter gestarum memoriam  
posteris commendarent. Egregium  
fanè institutum & generosum ad vir-  
tutes incitamentum. Cum autem  
pernigiles ex celsa specula Celsit. Vra  
pro Ecclesiae salute excubias, ac  
in debellandis irreligiosarum menti-

\*

2

um

EPISTOLA.

um vitijs strenuissimos labores, & eorum Deo dante, successum recogito, exiguum hoc de Ecclesiasticorum vitijs Trophæum, à Doctissimo viro Petro Besseo antè Gallicè editū, omnino Aeternitati V<sup>re</sup> arbitror consecrandum: vt pietatis reformator, Impietatis exterminator, apud omnes semper audiat. Quanta enim felicissimæ Legationis V<sup>re</sup> tempore morum facta sit in melius commutatio, quanta pietatis accessio, quanta vitiorum per Tractum Rheni strages, etsi humilitas Ill<sup>mæ</sup> V<sup>re</sup> Gratia in scriptis alienis legere erubescat, nulli tamen dubium est, quin vel maximè in conscientia suæ secreto, cum gratiarū actione de isthoc gloriatur apud Dominum, & terminos Commissionis suæ percurrens, labores sudoresque latissimè recognoscat. Siue enim sacra templa lustremus, Sacerdotum habitacula, siue ipsos Sacerdotes, templorum animas, est quod gaudeamus, est quod gratulemur, est quod in te Illust<sup>m</sup> & R<sup>m</sup> Domine prædicemus, in fordibus ac inquinamentis expurgandis rigorem

## DEDICATORIA

rem; in melioribus substituendis vi-  
gorem, in Monasteriorum arduis vi-  
sitationibus, & nouorum molitioni-  
bus, sacrorumque ordinum suscepti-  
one impensam operam; in virtutibus  
promouendis studium, atque in gre-  
gis totius custodia vigilantiam pla-  
nè Apostolicam; vt mirandum non  
sit, si fructus vberiores facundus a-  
ger producat, qui cultorem nactus  
est abundantius laborantem, & RE-  
GALE SACERDOTIVM esse  
incipiat, quod vitiorum propagine  
ad seruitutem degenerabat. Vnde nò  
mediocre Germaniæ à S. D. N. benefi-  
cium concessum, quod tam strenu-  
um diuini cultus propugnatorem, &  
vitiorum omnium debellatorem in  
Apostolicæ Legationis officio ser-  
uet continuatum. Rem itaque opti-  
mam & æquissimam facere putavi, si  
REGALE hoc SACERDOTI-  
VM R<sup>mæ</sup> & Illust<sup>mæ</sup> V. Celsit<sup>o</sup> irem  
dedicatum, certus quærendum, le-  
gendum, probandum ab omnibus,  
cui tam sollicitus gregis custos, tam  
peritus arietum gregis Curator no-  
minis sui tutelam non inuideret. Pa-  
tere

EPISTOLA DEDICAT.

tere igitur Illustr<sup>me</sup> & R<sup>me</sup> Domine,  
quod de benignissima humanitate  
vestra omnino confidimus, hoc Bes-  
seianum opusculum Celsi<sup>is</sup> T. frui  
asylo, & quam Tibi debemus Reue-  
rentiam & gratitudinem maximam,  
exiguo hoc munusculo declarari.  
Nos autem id sedulò orabimus vt  
solicitudine vestra Paterna diu gau-  
dere, ac tegi possimus. sic voueo Co-  
loniæ Agrippinæ. Pridie S. Martini  
Anno salutis M. DC. XIV.

*Illustriss. ac Reuerendiss. V. Cels.*

Obseruantissimus Cliens.

IOANNES KINCKIUS  
Ciuis & Bibliopola  
Coloniensis.



LEONAR-